

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus z
cum fonte primo

O lucerna digne super candelabrum
ecclesie posita que late catholicis
urbibus de septiformi ligno pastum
oleo leticie lumen effundens densas
licet hereticorum caligines discutis et
lucem ueritatis a confusione tenebrarum
splendore clarifici sermonis enubilas!

Os enim tuum fistulam aque uiue et
uenam fontis eterni merito dixerim,
ac
fons aque uiue salientis in uitam
eternam

cuius desiderio sitiuit in te anima
mea et ubertate tui fluminis
inebriari terra mea concupiuit.

Paulinus in epistola ad Augustinum.

o lucerna digne super candelabrum
ecclesiae posita, quae late catholicis
urbibus de septiformi lychno pastum
oleo laetitiae lumen effundens densas
licet haereticorum caligines discutis et
lucem ueritatis a confusione tenebrarum
splendore clarifici sermonis enubilas!

Vides, frater unanime, admirabilis in
Christo domino et suscipiende, quam
familiariter te agnouerim, quanto
admirer stupore, quam magno amore
complexar, qui cotidie conloquio
litterarum tuarum fruor et oris tui spiritu
uescor.

os enim tuum fistulam aquae uiuae et
uenam fontis aeterni merito dixerim,
quia
fons in te aquae salientis in uitam
aeternam (Ioh. 4:14)

Christus effectus est.

cuius desiderio sitiuit in te anima
mea (Ps. 62:2) et ubertate tui fluminis
inebriari terra mea concupiuit.

Paulinus Nolanus, *Epistulae*, 4, 1-2
(CSEL 34.1, A. Goldbacher ed., p.79,
ll.4-17).